Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ut vidit cogitationes
eorum: dixit eis. Omne
regnum in seipsum divi
sum: desolabitur: et
domus super domum
cadet. Si autem et
sathanas in seipsum
divisus est: quomo
do stabit regnum ipsius:
quia dicatis in belze
bub eijcere me demo
nia. Si autem ego
in beelzebub eijcio de
monia: filij vestri in
quo eijciunt. Ideo ipsi
iudices vestri erunt.
Porro si in digito dei
eijcio demonia: pro
fecto peruenit in vos
regnum dei. Cum
fortis armatus cus
todit atrium suum:
in pace sunt omnia
que possidet. Si au
tem fortior illo super
ueniens vicerit eum
vniuersa arma eius
auferet in quibus
confidebat: et spolia
eius distribuet. Qui
non est mecum: adver
sum me est. Et qui
non colligit mecum:
dispergit. Cum im
mundus spiritus ex
ierit ab homine: am
bulat per loca arida
et inaquosa: quaerens
requiem et non inue
niens: dicit. Reuer
tar in domum meam
vnde exiui. Et cum
venerit inuenit eam
vacantem: scopis
mundatam et ornatam.
Et tunc vadit et as
sumit secum septem
alios spiritus: nequi